



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

30 Nominare successorem, hûc non pertinere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

cōmereia, vtpote iuris publici vel sacri verius, facile quivis intelligebat de talibus alienandis vel solū cogitare piaculū fore; quandoquidem non patrimonij iure talia possidētur sed mero beneficij titulo pro sanctis laboribus ecclesie impensis. quo fit vt & successione iure quippiā talibus in rebus fieri semper habitū sit & adhuc habeatur atq; re vera sit detestabile & abominabile canonibus non antiquis tantum verum etiam & mediis & recentioribus & recentissimis quibusque. c. Moises. c. Apostolica auctoritate. cū seqq. 8. q. 1. c. 5. Synodi Romanæ sub Hilario Papa celebratæ sub annū Christi 465. Tom. 2. Concil. apud Surium. c. 1. de præbend. c. accepimus. de pact. c. ex trāmissa. in fin. c. ad extirpandas successiones. de filiis Presbyt. c. ad hæc de deci. c. cōsult. de iure Patronat. c. cū in beneficiis ea quæ hereditariæ successione imaginem referunt & c. quod est numero septimum Reformationis in Concil. Trident. sess. 25. Sanctuarium nempe Dei iure hereditario possideri non debet, vt Alexander Tertius aliquoties inculcauit d. c. adhæc de decim. & d. c. cōsult. de iure patronat. allusione facta scilicet ad illū psalmi octuagesimi secundi versiculum in impios, internecionem populo Dei veræque religioni minitantes, ac dicentes, *Hereditate possideamus sanctuarium Dei.* Quod autem varia depræhendantur tum in ecclesiasticis historiis tum in canonibus exēpla virorum quorundam piissimorum qui successorē sibi nominaverint, quod & ipse D. Petrus fecisse legitur, non

28

Successionis
ius in benefi-
ciis detesta-
bile.

29

Sanctuarium
Dei iure he-
reditario non
possidendum.

30

Nominare
successorem,
huc non per-
tinere.

non hūc propriè pertinet, sed partim ad com-
 mendationem dūtaxat aliquam nihil iuris tri-
 buentem, partim ad singulare quoddā prero-
 gatiuē diuinitus concessē priuilegium; non he-
 reditario vel sanguinis vllō iure, vel ad gratifi-
 candum personæ, sed ad vtilitatē ecclesiæ maio-
 rem. qualia tibi suppeditat exēpla Gratianus 8.
 q.1. Migrationes item atque translationes Epi-
 scoporum sepius in ecclesia primæua sunt visa,
 nunc ausu temerario sua spōte migrantiū, nunc
 etiam legitima simul auctoritate frequenter in-
 teruenientē translatorum; sicuti D. ipse Petrus
 Antiochia relicta, Romam diuino nutu migra-
 uit. c. mutationes Episcoporum. 7. q. 1. propter
 maiorem ecclesiæ vtilitatē. Sed Permutationis
 beneficialis exēpla nullis in antiquis aut cano-
 nibus aut historiis ecclesiasticis reperiuntur: a-
 deò vt nec apud Isidorum, nec apud Burchar-
 dum, nec apud Iuonē, nec apud ipsum quidem
 nouissimum decretorum collectorem Grati-
 anum, vlla prorsus extet permutationis benefi-
 cialis mērio. falliturq̄. Duarenus ac fallit lecto-
 rem libro suo de sacris ecclesiæ ministeriis ac
 beneficiis 8. c. 3. dum permutationis beneficia
 prohibita ius ex Cōcilio Chalcedonēsi fru-
 stra repetit. noua scilicet posteritatis nouē sem-
 perq̄; magis ac magis inolefcentis audacia, no-
 uum peperit hoc permutationū beneficialium
 ius, nouas praxes, nouos quēstionū intricatissi-
 marum Labyrinthos. nominat quidem Grati-
 anus vno tantū loco permutationes vel cōmu-
 tationes monasteriorū c. nemini regū. 16. q. 7.
 sed

31
*Translatio-
 nes Episco-
 porum anti-
 que.*

32
*Permutatio-
 nem benefi-
 cialium nulla
 inueniri exē-
 pla antiqua.*

33
*Permutatio-
 nes Ecclesia-
 rum.*